

res immobilis ignorantiae dominio alienata, & proximus possessor in vera mala fide fuerit: siquidem, cum Novella sit correctoria, atque expressam memoriam tam mala fidei ex parte authoris, quam ignorantiae ex parte domini faciat, subintrat regula de Jure correctorio, nempe terminum *mala fidei* in stricta significatio accipendum, ipsamque correctionem ad non-expressa ampliandam non esse. Rath assert. 50.

## §. VII.

## De reliquis malæ fidei effectibus.

**167** Non unam sed plures quiesciones venti-  
landas in hunc §. constringo. Prima est:  
Præscriptionem respectu alterius; ut si cre-  
dam v. g. rem esse Titii, cum tamen sit Sem-  
pronii, saltem quoad Sempronium præscri-  
bam? Secunda est: an mala fides tutoris præ-  
judicet pupilio? Tertia: an & qualiter fides  
Prælati noceat Ecclesiæ? Quarta: an &  
qualiter mala fides antecessorum noceat suc-  
cessoribus de communitate, in bona fide existen-  
tibus? Quinta: an mala fides servii officiis do-  
mino? Sexta: an mala fides procuratoris no-  
cumentum afferat principali? Singulis quæ-  
sitionibus singulas assertiones servient. Ita-  
que.

**168** Dico I. Mala fides respectu unius impedit  
Præscriptionem respectu alterius. Ratio est.  
Si ne bona fide nunquam recta incedit semita  
Præscriptio. At qui malam fidem habet res-  
pectu unius tantum, non est in bona fide: nam,  
sicut frequentissime jam repetitum, bona  
fides est respectu animi, judicantis, rem  
alienam non esse; ille autem, qui credit, rem  
esse Titii, cum sit Sempronii, non judicat, rem  
alienam non esse. Ergo &c.

**169** Aliud verò tenendum cum Engel h.t. n. 13, & König ibid. n. 39, quando bona & mala fides  
non respectu diversarum personarum, sed di-  
versorum iurium convenient, ut puta, bona  
fides quoad proprietatem, quando quis v. g.  
credit, rem quoad dominum alienam non es-  
se; & mala fides respectu ususfructus, qui di-  
gnoscitur ad alium pertinere: quin etenim  
proprietatis sine ususfructu tunc præscribatur,  
hacero nolim.

**170** Dico II. Mala fides tutoris non præjudicat  
pupilio. Rath assert. 66. Balbus 2. par. 3. prin-  
cip. 9. 16. n. 1. cum citatis. Colligitur ex l. i. qui  
in puen. 11. §. 6. ff. Quod vi aut clam & l. neg. in  
interdil. 198. ff. de R. F. In quibus locis doce-  
mur, dolum tutoris pupillo non præjudicare.  
Quid ergo idem doceamus de mala fide, que  
nonnunquam, in fortassis nonnunquam non,  
cum dolo connectitur? Quin & ipse pupillus  
malam fidem habere non potest, nisi sit dol-  
capax per eundem Balbum 4. que. 16. num. 2.  
& Vasquinum illuf. Contr. lib. 2. cap. 14. n. 4.

**171** Dico III. Mala fides Prælati Ecclesiæ non  
nocet. Ita post Immolam, Felinum, & Ab-  
batem in cap. nlt. b. t. n. 41. & 42. Rath d. a-  
ffir. 66. Haunold num. 20. Probatur. Mala  
fides tutoris non obest pupillo per conclus. 2.  
Ergo nec mala fides Prælati nocet Ecclesiæ:  
ut enim tutor est defensor & administrator  
pupilli, nec potest conditionem illius efficerre

pejorem; ita Prælatus est defensor & adminis-  
trator Ecclesiæ, nec potest illius sortem redi-  
dere duriorem.

Ex adverso latere stant P. Pithing b. t. a-  
ffir. 78. & Schambogen ebd. 11. num. 12. Pre-  
sidium sibi ex eo mutuant, quod bona fides ex  
parte Prælati & majoris partis de Capitulo re-  
quiratur; & quod alias Præscriptio, præter Jus  
Naturale introducta, tanquam odioia restringi  
debeat.

Sed unicà negatione hoc præsidium de-  
stituitur: cädem quippe facilitate, quā affe-  
ritur, ex parte Prælati & majoris partis de Ca-  
pitulo desiderari bonam fidem copulativè,  
idem negatur. Quod verò annectitur de  
Præscriptione, eam præter Jus Naturale in-  
truduntam esse, pugnat contra Capit. secun-  
dam hujus tractatūs.

Duo tamen hic observatu digna subnecc. 174  
Primum est: id, quod de Prælato respectu Ec-  
clesie vel Capituli afferimus, pari si non ma-  
jori jure de Prælato antecessore respectu suc-  
cessoribus afferendum est: hic namque, quia ti-  
tulum ab illo non habet, velut heres à testaro-  
re, non obstante antecessoris mala fide, Præ-  
scriptionem à senectate inchoare (si bona fi-  
dere nitatur) & perficere potest. Secun-  
dum est: Prælato, mala fide laboranti, con-  
silium Panormitanum in d. cap. nlt. num. 42. am-  
pleteundum est, hoc modo. „Aut notoriè  
„constat, rem alienam esse; & tunc solus Pra-  
„elatus potest, & debet illam restituere per  
„cap. generalis 12. Dis. 54. non enim debet  
„Prælatus vel Ecclesia detinere alienum, ut in  
„cap. per tuas 5. de Donat. & cap. Ioseph. 18. de Refit.  
„plati. Nec dicitur solus Prælatus hoc ca-  
„su alienare rem Ecclesiæ, cum notoriè con-  
„stat, quod non est Ecclesia, sed potius dici-  
„tur procurem negotia Ecclesiæ, cuius infi-  
„mia purgatur restituitione rei alienae. Aut 176  
„non constat notoriè, & tunc aut solus Pra-  
„elatus sit, nec alter potest probari; &  
„debet tacere: quia soli fibi non credere turz.  
„cap. s. tantum 2. cap. placit. 3. 17. q. 2. nec de-  
„tinend Prælatus peccat: quia hoc facit ut  
„persona publica, & conscientiam habet ut-  
„privata. Aut posset probari per alios, & 177  
„tunc consilium hujus Glossæ est fervandum  
„Glossæ autem consilium, ut apud eundem  
„Abbatem num. 41. legitur, est, ut Prælatus inti-  
„met illi, cuius rem esse credit, ut illam petat.“

Nec credo, quod Prælatus cum Capitulo  
„sufficeret ad illam rem restituendam, ex quo  
„notoriè non constat, rem illam alienam esse;  
„quia, sicut directè, causa non apparente,  
„non potest Prælatus cum capitulo alienare

## De reliquis malæ fidei effectibus.

, cap. sine exceptione § 2. XII. q. 2. ita nec indi-  
„rectè; alias posset configi fraus: notoria-  
„, enim est debet causa alienationis facienda  
„, cap. dudum 1. de Rebus Eccles. non alienand.  
in 6.

**178** Dico IV. Mala fides antecessorum non no-  
cet successoribus alicuius Communis, Pro-  
vincia, Civitas, Collegi &c. Hæc sententia  
adscribit Innocentius, Hoffiensis, Antonio  
de Burrio, Baldo, Socino: propugnatur a Bal-  
bo 2. par. 1. princip. queft. 7. Gilcken p. 2.  
membr. 2. cap. 6. n. 21. Vasquio Illuf. Comrov.  
cap. 71. n. 5. P. Wiestner ad b. t. n. 56. Pro-  
batur I. Mala fides antecessorum non nocet  
successoribus de Jure Civili. Ergo neude Ju-  
re Canonico. Ergo nullò modò. Antece-  
dens prob. Si de Jure Civili noceret, tunc  
ideò, quia successores alicuius Communis  
cum antecessoribus constitutunt unam Universi-  
tatem, unum Collegium, unum Corpus; &  
quia Universitas semper est ac manet eadem,  
quantumvis singuli successivi moriantur, at-  
que in eorum locum illi succedunt. I. propon-  
ebatur 76. ff. de Judic. Unde videtur mem-  
bris eorum successoribus adhuc inhaerent  
successoribus. Sed hæc ratio nihil probat,  
salem in Præscriptione longissimi tem-  
poris: nam mala fides, quæ propter anteces-  
sores in successoribus continuari dicunt, non  
est mala fides vera, sed tantum ficta; & quæ  
propter de Jure Civili, quod etiam Præcri-  
ptionem longissimi temporis cum vera mala  
fides permitit, successoribus afferre no-  
cumentum non potest ex num. 153. Prob.  
nunc primi conseq. Secundum placita Juris  
Canonici tantummodo mala fides Theologi-  
ca, quæ ex radice peccaminosa prodit, Præ-  
scriptionem corripuit: quia ergo successo-  
res in Communitate de præsentis bonam fo-  
rē fidem supponuntur, secundum placita præ-  
fati Juris optimè præscribent.

**179** Probatur II. Bona aut mala fides est facti I.  
bona fidei 48. §. 1. ff. de A. R. D. Ergo incidere  
in ignorante non potest mala fides: cum il-  
lud, quod non est, qualitatem aut determina-  
tionem recipere nequeat arg. I. Celsus 27. ff. b. t.  
Sed successores alicuius Communis in no-  
stra hypothesi ignorant, rem ab antecessoribus  
possessam alienam esse; & justè quidem:  
quia, qui in ius alterius succedunt, iustam ha-  
beri ignorantiam censentur l. qui in alterius 42.  
ff. de R. F. Ergo malam fidem non habent:  
ergo præscribunt.

**180** Probatur III. Durum valde, atque huma-  
nitati & æquitati videtur diffonum, paucorum  
malitiam, plurimorum virtuti prævalere; &  
severius castigari 10. v. g. Religiosorum aut  
Clericorum malam fidem, qui ante annos  
centum in Monasterio vel Collegio vixerunt,  
quam præmari bonam fidem centum alio-  
rum, qui interrupta serie bona erant fide in-  
formati: & tamen in sententia oppofita id ac-  
cidit, dum magis consideratur antecessorum,  
qui fuerunt respectivè paucissimi, mala fides  
ad damnum innocentium; quam successorum,

qui sunt & fuerunt numerò plures, bona fides  
ad eorum emolumenatum. Cur non in 182  
verius argumentum, & in favorem ita ar-  
guimus: antecessores & successores in aliqua  
Communitate confidunt unum corpus. Er-  
go sic ut mala fides antecessorum ob moralem  
identitatem in tantum obest successoribus, ut  
illorum præfessionem iustificam ad complen-  
dam Præscriptionem computare nequeant:

ita è contrario bona fides successorum ob ean-  
dem identitatem utrius partis in tantum pro-  
dest, ut, incipiendò à propria præfessione, ex-  
ordiri, & consummare valeant Præscriptio-  
nes.

Ex his decidendi rationibus per se diluitur 184  
unicum & precipuum Adversariorum (qui  
quis inter alios se afficiant Fachinaus lib. 8.  
Contr. cap. 25. & Rath assert. 66. adducens pro-  
fe responsum Facultatis Juridicae Ingolstadien-  
sis, Clariss. P. Schmalzgrueber ad b. t. n. 77.)  
argumentum: dum enim opponunt, popu-  
lum cuiusque Communis eundem temper-  
em esse; adeoque ut primos ita etiam secundos  
& ulteriores cives vel membris ejusdem com-  
munitatis præscribere non posse: vel negatur  
conseq. vel distinguuntur: ut primi ita nec se-  
cundi & ulteriores possint præscribere, si es-  
dem modò sint in mala fide, concedunt; secus  
negatur conseq. Explicatio distinctionis erui-  
tur ex dictis.

In eo adhuc ipsius nostræ opinione pro-  
185  
pugnatores differunt: utrum ad hoc, ut antec-  
cessorum mala fides purgetur, omnes debeant  
esse rebis humanis exempti, qui mala fide  
erant infeccit; aut verò sufficiat, majorē illo-  
rum partem ab hac luce subtraham esse? Ple-  
riique ex citatis in num. 178. voluerunt omnes  
habere mortuos. Unus Gilcken d. loc. n. 24.  
majorem duntaxat partem extinxit petit.  
Ne absque fundamento. I. enim confat, 186  
lesam Prælati conscientiam causam Ecclesiæ  
non subvertere ex num. 171. Si igitur con-  
taminata religio ipsius, qui principem in Col-  
legio locum habet, non redundat in detri-  
mentum totius Collegii aut Civitatis vel Mu-  
nicipi, cum tamen Municipis intelligentur  
scire ea, que sciunt, quibus summa Reipubli-  
ca est commissa l. municipi 14. ff. ad Municipia-  
lem: cur ius aut alterius præsumpta scientia  
affligere causam totius Collegii possit? II. est 187  
regula Juris: referri ad universos, quod pub-  
lice fit per majorem partem tot. iii. de his qua-  
fiunt à majore parte cap. & t. 1. ff. quod cujusque  
Universitatis &c. Quod cùm ita sit, confe-  
quens esse videtur, ut observetur, non quid  
pauci numero cogitent, sed quid præcipua-  
pars totius Civitatis aut Collegii sentiat. III. 188  
interessit inter singulos homines, & ipsam Ci-  
vitatem sive Collegium: cùm illud, quod  
Universitatis debetur, non singuli vindicare  
possint; neque id, quod debet Universitas,  
singuli debeant, sed ipsum corpus Universita-  
tis l. sciu. 7. §. 1. ff. d. unde non videtur con-  
fertaneum rationi, ut factum paucorum jus  
ipsius universitatis labefactet, aut convallat.

Plura fundamenta adstruit Gilcken, quibus sententiam suam multum efficit probabilem.

<sup>189</sup> Dico V. Mala fides servi catenū officit domino, ut rem alienam, scilicet a servis emptam, ne quidem si suo nomine, peculiō ademptō, candem veli possidere, præscribat. Ita reperio sanctum in *pro Empere* 2. §. 10. & 12. ff. pro Empere. Extratio est: quia, dum servus non domini mandatō instar procuratoris, sed auctoritate propriā tanquam administrator, peculiō emit, sibi quodammodo emis, & in eius persona jus empionis est possum: Et quia in super res, per servum empta cedit dominō: & servi & domini fides spectatur, cum ab utro-

<sup>190</sup> que jūs contractū pendeat. Quod autem dominus ne quidem à propria posseptione præscriptionem incipere queat, inde provenit: quia in locum servi succedit, nec novam posseptionem nanciscitur, sed in eam ipsam, quam ille habuit, ingreditur; & con sequenter vitium injuria posseptionis imbibit. D. Rath afferit. 62.

<sup>191</sup> Dixi superius in ratione conclusionis, *dum servus non mandatō domini &c.* dum enim mandatō domini instar procuratoris rem alienam scilicet comparat, observanda erit sequens conclusio, in qua

Dico VI. Mala fides procuratoris, manda-

<sup>192</sup> to domini rem alienam scilicet emensis, dominum, in bona fide versantem, non damnitatis. Rath afferit. 63. Deducitur ex l. quod vulgo 11. ff. pro Emp. ubi dicitur, quod principalis, cui procurator falsō persuaserat, serem emisse, cum tamen non emisset, nihilominus præscribat: supponitur itaque in cit. l. procuratore rei alienae habuisse notitiam, cum finē modis transferendi dominium res ab uno ad alterum transire nequeat. Quodū ita habeat, probabilius longè afferitur, principalem præscribere, quando contractus est quidem a procuratore celebratus, sed scilicet, rem alienam esse: iniquissimum siquidem reputat Terentius in l. 5. ff. de Juris & factis, cuiquam scientiam alterius, quam suam no-

cre.

Quod à diametro bona fides procuratoris <sup>193</sup> non conferat, si principalis malam habeat, de Jure Canonico ob propria conscientia offendiculum non est trahendum in controversiam. Cumque Jus Civile nullibi in diversum abiisse seminat, reprehendatur, non est temere aliquod discerniculum statuendum. Videatur D. Rath afferit. 64. prolixius hunc articulatum dicuntur.

### S. VIII.

#### De probatione & allegatione bona fidei.

<sup>194</sup> Dico I. Bona fides in præscribente præsumitur, & probari non debet. Ita P. Haunold tom. 5. tr. 4. n. 664. & DD. turmatim apud Gilcken p. 2. mob. 2. cap. 1. Rota Rom. p. 1. dec. 91. n. 2. in recent. & p. 10. dec. 9. n. 25. Ratio est: quia homo quilibet à Jure bonus esse præsumitur arg. cap. fin. de Præsumpt. & l. merit. 51. in princ. ff. pro Socio. Nam,

ut ex Cicerone referit Vasquius *Iustit. contr. cap. 70. n. 4. & seqq.* homo simul ac nascitur, & generatur, habet innata virtutum feminam, quæ, si adolescere literet, ipsa nos natura ad beatam vitam perducere: unde pareat, ut bona etiam fides in homine præsumatur: cum, qualia sunt principia, talia sunt principia. Jam vero notorium est, ab onere probandi relevari, cui præsumptio juris suffragatur per l. quingenta 12. ff. & l. five 16. Cod. de Probat. Ergo præscribens bonam fidem probare non debet.

<sup>195</sup> Confirmatur tum ex l. verius 21. ff. d. t. ex qua colligitur, ignorantium præsumunt, atque adeo præscribentes non leviter rem alienam: tum ex l. quies 18. §. 1. ff. s. d. unde defumitur, quod dolus non præsumatur, & con sequenter acc. mala fides, dolo ordinariè conjuncta: tum ex l. penult. Cod. de Evid. ubi, cum ad probationem malæ fidei non quilibet indicia sufficiere dicantur, non obfiteur con cluditur, bonam potius quam malam fidem præsumendum esse.

<sup>196</sup> Quam conclusionem non eō tantum casu recipiendam velim, quando adest titulus in præscribente, sed etiam quando titulus non

adest, tam in Præscriptione longi quam longissimi temporis. Ad lipulant milii præ alii Covarruv. d. p. 2. §. 8. n. 3. Schneidewin ad Inst. b. r. n. 2. Vasquius d. l. cap. 79. n. 15. Diff. Francofurt. sibi Friderico Rhetio Vol. 4. diff. 22. ob. 17. contra Fachinæum. Lib. 8. contrav. cap. 32. Wieltnher b. sub n. 63. & alios, aliis citatos. Ad lipulari quoque videatur Rota in recent. p. 5. 10. 1. dec. 11. num. 10. Ratio est: quia bona fides potest haberi finē <sup>198</sup> tituli, prout inter alia exempla demonstrat Covarruv. 4. §. 8. n. 2. in eo, qui rem possidet, existimat, suffit propriam parentem, quibus iuri hereditariō succedit, creditique alio viro fide digno, id asseveranti. Talis enim habet iustam credulitatem, etiam si nullum titulum, de jure approbatō, suffitam. Item, qui rem possidet, credens, cam à vero domino legata vel donata, quæ tamen legitata vel donata non sit, existit in bona fide, & tamen caret titulo. Ergo ut præsumatur de Jure bona fides in præscribente, titulus concurrit, non est opus.

Dices: Jura non præsumunt aliquem bo-

næ fidei possefitem, nisi ex iusta causa possi

deat per text. in l. Celsus 27. ff. b. t. ubi Celsus,

errare eos, ait, qui existimarent, cuius rei quisque bona fide possefitionem adeptus sit, pro suo usucapere eum posse, & nil referre, emerit nec ne, donavit sit nec nō, si modo emptum vel donatum sibi existimat. Ergo sine titulo non præsumitur bona fides.

Resp. negandō conseq. Potest aliquis esse <sup>200</sup>

bonæ fidei possessor ex iusta causa, est titulus

spoliatus

#### De probatione & allegatione bona fidei.

253

spoliatus sit, ut exempla primū relata indi cant. Neque aliud d. l. Celsus innuit, utpote quæ aperte luponit, posse quempiam possefitionem rei bona fide adipisci, licet nec donationis, nec legati, nec aliō titulō sit munitus. Quod verò folia bona fide quis præscribat, id necdum propugnavimus, nec propugnabimus deinceps, non immores eorum, que in Seti seq. plenius explananda decrevimus. Eò solum tendit nostra assertio, bonam fidem presulū, etiū nullus allegetur titulus.

<sup>201</sup> Limitant tamen defensā afferationem Co varruv. d. §. n. 4. & Vasquius d. cap. 79. n. 15. circa fin. in casu, quid quis rem aliquam non ab alio accepit, sed a alio possedat, propriā auctoritate apprehendit: tunc enim posterior posseficitur clandestina, nisi cursu 30. annorum firmata sit per textum in l. sol. Cod. Unde vi. Plures limitationes ponit Schneidewin cit. loc. n. 23. & seqq.

<sup>202</sup> Dico II. Bona fides non tantum non probari, sed nec allegari debet à præscribente.

Panormitanus ad cap. ult. b. 2. cap. 1. Vasquius d. cap. 70. n. 15. & seqq. Ratio est: quia, quod est notorium ex Jure, non debet allegari: quinam Judex illud ex officio supplice, & attendere debet per cap. Raynacius 16. de Tēbām. Sed bona fides ex dictis est ex jure notoria, quia in liquida juris præsumptione fundata. Ergo &c.

<sup>203</sup> Confirmatur ex eodem Vasquio. Tresunt modi, quibus præscribens potest facere mentionem bona fidei. Primus est, quando explicitè eam allegat, veluti si agenti rei vindicatione opponit, se per tempus legitimū, rem bona fide & iustō titulo possidente, siquicunque præscripsiſe: & hoc casu omnes convenient, 204 talem allegationem sufficere. Secundus est, quando implicitè tantum bonam fidem adducit, veluti si contra agentem rei vindicatione, excipi, se præscripsiſe: & hoc etiam sufficere, docet proxima conclusio: quia intelligi debet exceptio, præscribentem ritè & rell., siue cum omnibus requisitis, præscripsiſe: qui enim dicit, se præscripsiſe, de perfecta Præscriptione loquitur, quæ omni-

titulus memorat. Rota 4. l. n. 7. II. si præscribens rem posseficiū comparaverit absque solennitatibus, alias de Jure requisitis arg. l. quemadmodum 7. Cod. de agric. & const. cap. qui contra 82. de R. J. in 6. III. si eō tempore, quod præscribens <sup>205</sup> rem v. g. emit, tertius aliquis interveniat, & empori denuntiet, rem ad se pertinere, nec venditoris ius vendendi competere l. si fundum. 17. Cod. de R. V. ubi Brunn. n. 1. & seqq. Maſcard. de Probat. Concil. 1064. Pax Jordan lib. 14. tit. 24. à n. 49. P. Wieltnher ad b. num. 64. & seqq. P. Reiffenſchul ibid. sub. n. 80. Clariss. P. Schmalzgrueber ibid. sub. n. 80.

### SECTIO II.

#### De Titulo.

##### SUMMARIUM.

<sup>210</sup> Explicatio tituli. 211. & seqq. Illus multiplicatas. 218. Ad Præscriptionem ordinariam & positivam rerum corporalium exiguntur. 219. & seqq. Non sufficit titulus non-translatiōis domini. 222. Titulus versus magis obest, quam prodest. 223. & seqq. Titulus præsumptus est inuidens. 222. & seqq. Sicut & titulus existimatus, oris ex errore facti proprii. 231. & seqq. Oris ex errore facti alieni quadrat. 233. Titulus coloratus est optimus. 134. & seqq. Præscriptio extraordinaria non requirit titulum. 238. & seqq. Nisi Jus commune resistat præscribenti, & alteri, contra quem præscribit, affi-

li 3